

*usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc Laus erit unicuique à Deo.*

## CAPUT XVI.

CHRISTIANOS DEBERE IN SO-  
lo Christo & cœlo omnem honorem  
& gloriam collocare.

*Psal. 109. Deus laus mea, ne tacueris.*

**P**AUCULA hæc verba, sunt precatiun-  
cula Servatoris nostri, habentque  
hunc sensum: Pater cœlestis, tibi  
foli compertum est, non quæsisse me  
in hoc mundo honorem propriū, sed  
solummodo nominis tui gloriam & o-  
mnium hominum salutem. Nunc au-  
tē eapropter atrocissimas patior per-  
secutiones, maledicta, convicia, con-  
tumelias & injurias. Contra quos me  
consolatur, quia tu mihi pater es, & e-  
go tibi unigenitus filius sum: Hæc est  
enim gloria mea in cælis apud te, quā  
etiam tandem manifestabis, & in luce  
collocabis, ita me clarificando, ut mū-  
dus intelligat quē persecutus sit & ma-  
ledictis onerarit. Unde discim⁹ maxi-  
mam illorū gloriam esse in cœlo, quos  
innocenter mund⁹ est persecut⁹: estq;

LIBER II.

G

sicut